

P I S A

1 6 0 8



EX LIBRIS  
ILLVSTRISSIMI VIRI,  
DN. DAN. LVDOLPHI,  
LIB. BAR. de DANCKELMANN,  
S. REG. MAI. BORVSS. CONSILIARII  
STATVS INTIMI, cetera,  
BIBLIOTHECÆ ACAD. FRIDERICIANÆ  
TESTAMENTO RELICTIS.

Hd. 22.

*an* XXV.

# Honori ac celebrita- ti nuptiarum

**ORNATISSIMI HO-**  
NESTISSIMI Q. IVVENIS, Dn.  
IOHANNIS, OPTIMI ATQ. INTE-  
gerissimi viri, Dn. Iohannis Fovvinkelij, ci-  
vis quondam ac Mercatoris Dessavien-  
sis, piz memorie, relieti filij,  
S P O N S I:

*Jungentis sibi matrimonio*

**LECTISSIMAM,**  
P V D I C I S S I M A M Q. FOEMI  
N A M. A N N A M, A M P L I S S I M I ,  
prudentissimiq; viri, Dn. Iohannis Messerschmids,  
Consulis Dessaviensis dignissimi, &c. filiam,  
Domini Pauli Hilleni, civis quondam  
ac Mercatoris Dessavensis relictam  
viduam, &c. sponsam,

Celebrandarum A. D. XV Mens. VIIbris  
Julian. Anno cl<sup>o</sup> DC. VI.

Carmina fausta appreciationis ergo nuncupata ab ijs  
quorum suum cuiusque versibus nomen  
est subscriptum.

Servestæ excudebat Iohannes Schleer.



## ΕΠΙΘΑΛΑΜΙΟΝ.

**V**m Deus ex nihilo cœliq; soliq; theatrum  
Admirandum, ingens, & quicquid pren-  
ditur illo,

Iam jam condiderat: tandem virtute potenti  
De limo primum genitorem finxit Adamum,  
Cui sensus tribuit, divina & particulam aura  
Addidit, aeterna laude ut coleretur ab illo,  
Visibilis genere & frueretur plasmatis omni.  
Sed videt miserum fore, triste &, vescier ausa  
Solum, tantum animal, quo non præstantius ullus,  
Vidit, & hinc tales in voces rupit, ait q;

Expertem thalami non par est ducere vitam,  
Mente Deo similem, sociam formabimus illi.  
Ocyus en dicto sopor occupat altus Adamum,  
Illi ex latere &, que cordi proxima, costam  
Sumvit, & inde Evam præstanti corpore fingit;  
Qualem vix unquam potuisset pingere Apelles,  
Sculpere nec quem valuisse, credo, Lysippus.  
Hanc mox connubio stabili devicit Adams  
Sic dicens: Vobis donabo tempora vita

A 2

Felicitas,

Felicis, faciam & multa vos prole patentes.  
Vos quoque concordes amplio vivetis in orbem,  
In vos nil tristis sors, nec mors, juris habebit,  
Si vobis fuerit mea iussa capessere cordi.

Numinis ergo fuit sancti sic ista voluntas,  
O mi IANE tibi quod stat sententia fixa,  
Aggredier socij lecti sanctissima jura,  
Iura modis aliis nisi mortis falce secanda.  
Aeterno IOV AE grato de pectore grates  
Pro me tuo, magno te qui dignatur honore,  
Coniugium placidam cum possis mente subire,  
In quo tuos thalamos intret nunc sponsa petita,  
Cum quasi sapias, non rumpes fædera pacis.  
Auget enim angustam concordia rara domi rem,  
Imminuit contra discordia maximam opum vim.

Det Deus aeternus socialis fæderis auctor,  
Ut vos unanimes vivatis Nestoris annos;  
Hoc duce cedat opus vestrum feliciter omnes,  
Hic mensam suavi vestram quoque prole coronet.

Ernestus Frencelius Bernburg. Anhaltin. F.

A L I V D.

**V**nguntur casu haud coeco connubia sacra,  
Nec temere in fœdus foemina virque coit.  
**I**pse pios DEVS alternâ devicit amantes  
Flammam, legitimos concubitusque probat.

Nam:

Nam Paradisi acis hominem dum condit in hortis,  
Sic ( ait ) haud bene te vivere posse reor.  
**Moxq; viri placidum dum somnum immittit ocellis,**  
Solum unam costam de recubante capit.  
Format ex illâ formâ præstante puellam,  
Atq; viro Adamo talia voce refert:  
**Astantem tibi quam cernis de corpore traxi,**  
Pars erit hæc , ut erat, corporis , antè , tuī.  
**Connubio stabili jungam propriamq; dicabo**  
Hanc tibi , vos inter mutuus ardor erit.  
**Vera tibi hæc pariet per totam gaudia vitam :**  
Hæc sobolem , thalami munera grata, feret.  
**Nulla salus homini , dulci sine compare vitam**  
Ducere , cum nupta gratia quæq; venit.  
**Ergò Deus vita sanxit connubia casta,**  
Ad faciem qui hominem condidit ipse suam.  
**Castaq; eeu mens est omni vicioq; remotus:**  
Sic tantum castos approbat ipse toros.  
Punit & horrendis pœnis crudeliter omnes.  
Quos agitat Veneris cœca libido vagr.  
**Sodoma testis adest, testisq; perusta Gomori ha,**  
Incesto stupro Dardana Troia ruit.  
**Felices igitur , vos terq; quaterq; beatos**  
Prædicos , quos castos iungit amica Venus  
Sit vobis concors thalamus, mens una duobus,  
Vernet amor vobis, dum torus unus erit.  
**Iurgia sœva procul discedite , cedite rixæ,**  
Coniunxit summus pectora bina Deus.  
**Optime Christe , sacra lancis qui vincula lecti**  
Atq; jubes castas pondus habere preces.  
**Suffice conjugibus vires, & pacta si cunda,**  
A laribus longè noxia quæq; fuge.

Da, precor, ut vitæ traducant dulciter ævum,  
Da, videant multos, tempora lœta, dies,  
Da, dulces videant natos dulcesq; nepotes,  
Et numerent sobolis semina longa pīx.  
Deniq; fortunes Sponsos, subiisse iugalem  
Leatum, ut non possit pœnituisse, novos.  
Debita sic semper gratæ præconia laudis  
Solvent, cum sera posteritate tibi.

*Scriptum à Matthæo Freibodio artis  
medicæ cultore.*

## A L I V D.

**S**piger extremos currit mercator ad Indos,  
Iactatus paſſim ſpumātibus aquoris undis,  
Spe lucr̄ haud metuens quicquam, nec te-  
la, nec hostem,  
In ſua fatam inas quantumvis ſenſerit acres  
Ventorum, pelagiq; ſimul, cæliq; ruinas,  
Quando coronata portum tetigere carina,  
Anchoraq; è prorâ jacitur, ſtant littore puppes.  
Tum verò illius pertendant gaudia mentem,  
Atq; Deum celebrat grato de corde supremum,  
Corporis ereptus multis variisq; periclis.  
Tum Boream meminiffe juvat, Zephyruq; Notuq;  
Exantlasse juvai frigusq; famemq; ſitimq;:

*Sic*

Sic qui legitimo submittit pectus amori,  
Et sociale tori fœdus ferit, ille profectò  
Plus sellis viduam vitam, quam mellis habere  
Sentit, & insidias multas, fraudesq; metumq;  
Ut mare Mercator tandem pertusus iniquum  
Grata quietis amat jucunda tempora latus:  
Sic conjunx vita meminit dum cœlibis astus,  
Præteritiq; memor putat optimæ tempora lapsas  
Astuta Veneris sauvissima tela fuisse  
Horrendas Syrtes implacataq; Charybdis,  
Pervidet. Ergo Deo toto fert pectore grates,  
Quod sanxit primus sanctissima fœdera lecti  
In partemq; boni partemq; venire malorum  
Corde duos, voluit, nec non & vivere in uno.  
Cum contrà in Veneris laqueos velut acta furore  
Turba procerua ruat socialis fœderis exlex.  
Inde graves clades illam segetesq; malorum  
Excipiunt vita totius tempore, tandem,  
Ni resipiscat, eam consumet luridus Orcus.  
I nunc, conjugij qui spernis vincula sancta,  
Et licuisse tibi, tibi quælibuere putasti!  
Pramia digna feres stygium dejectus ad Orcum,  
Scilicet hac merces erit impietas atrocis!  
Ergo ter es felix atq; amplius, optime Sponse.

Johannes

10hannes Fovvinckeli virtutibus ANNam hanc  
HILLeni viduam, claris genitoribus ortam,  
Cuius Dessavia Pater est pars magna Senatus,  
Qui levat innocuos, & iniquo judge pressos,  
Qui viduas, qui pupillos, qui curat egenos,  
Consulit & cunctis, facto, verbisq; benignis,  
Huius dilectam ducis, Sponse optime, gnatam  
Custodemq; domus, sociam curatq; laborum,  
Dulcia qua tecum simul & tolerabit amara,  
Absentem suspirabit te, proq; mariti  
Incolumi reditu supplex in vota vocabit  
Aegri Deum. Hec faciet te vivida vita brevius  
IANE FOvvinkeli, si aliqua est quis, te beatus  
Ingredere o felix Sponsa ANN A cubili manum,  
Et quicquid tibi dulce fuit, concede marito,  
Huic assueta, nihil fore dices dulcius unquam,  
Noveris officium laudata coniugis ANN A:  
Prima Dei imprimis sit cura, sit altera vestri  
Mutua sic vobis succedent omnia fausta:  
Et qua legitimo thalamo sanctissimus auctor  
Conjugij spondet, vobis ea conferet idem.  
Contingat vobis mens unica & una voluntas  
Permaneatq; torus constans sine labe peractus.  
Nomen uterq; ferat de lapso dulce parentis

Tempore

Tempore, sitq; domus numerosa ptole beata,  
Parvulus oblettet patremq; & parvula matrem  
ANNula certatim sic basia mille feretis.  
Deniq; si tribuant vobis quid fat a sinistri,  
In melius vertat, quod compreccor, ipse IE HOvah.

Christophorus Fehrius  
Dessaensis.

## A L I V D.

**D**um juvat Idalios versu describere amores,  
Fataq;, queis miseri miserè exagitantur amantes,  
Quos Venus, & Paphius trahit in sua iura Cupido;  
Huc agite, & cœptis faciles succurrите Musæ,  
Musæ noster amor dulces super omnia Musæ.  
Namq; canam ut mentes, & pectora figat amantum  
Idalius juvenis passim ut sua spicula spargat,  
Ac veluti Talpas miseris occæcet amantes.  
Rimabar causam, cur quondam docta vetustas  
Non ætate gravem, aut celebrem virtute virum quem,  
Sed mollem puerum, ventosas, qui gerat alas.  
Armatus faculisq; manus, jaculisq; pharetram  
Finxit, tenero qui sit perfectus amori.  
Mox video cæcos sine sensu vivere amantes.  
Ac levibus curis, quibus horum dedita tota est  
Vita, fatigari, ac multo bona parta labore  
Perdere, & eximiam non raro evertere opum vim,  
Persimiles pueris nondum sua qui bona norunt,  
Grandiaq; ante annos primo meditantur ab ungvi.  
Ac velut ille volat pernicibus impiger alis,  
Et cœlum, nubesq; vagus, terramq; pererrat:

B

Sic

Sic variè alterna jactatur amator in unda,  
Incertus quò fata trahant retrahatq; Cupido.  
Nam faculis, iaculisq; suis amor omnia versat,  
Omnia versat amor, miseri vexantur amantes,  
Nec sanare potest talem medicina dolorem.  
Si modò, si se illis optata aliqua offerat hora,  
Qua vultus possint, atq; ora adamata tueri,  
Nulla quies tristi miseris in pectore, nullus  
Tempore nocturno (dictu miserabile) somnus.  
Quando alij placidæ demittunt membra quieti,  
Hi sese excruciant vigiles, vrbemq; pererrant  
Conati in cantu, aut fidibus solamina luctus  
Quærere, sed crescit dolor, atq; augetur in horas,  
Pectoreq; in læso manet immedicable vulnus.  
Sperant, dum spirant, & spe lactantur inani.  
Ludit amatorem virgo, mox luditur ipsa,  
Et mox exagitat, mox exagitatur amator;  
Hinc iræ, & lacrumæ, variæq; in pectore curæ,  
Prælia, damna, doli, suspicio, terror, & error,  
Inducæ, excubiæ, pallor, vindicta, repulsa,  
Et tamen hæret amor, crescitq; dolore repulsa.  
Et tenuant vigiles corpus miserabile curæ,  
Adducitq; cutem macies, tremor occupat artus,  
Hæc videt, hæc ridet, similes qui in pectore quondam  
Expertus flamas, simili fuit ictus amoris  
Grandine, fors leporis melius dixisse videbor,  
Namq; hic ille amor est, fatuos qui reddit amantes.  
Verum amor hic superis trahit haud à pedibus ortum,  
Nec verus dicendus amor, sed amarus amaror.  
Dulce quidem gustu, sed si modò vera fatemur,  
Plus felis, quam mellis habet, crebrisq; duellis,  
Iris, & lacrumis, atq; anxietate refertus.

Hæc puto cernebas præstans virtute **JOHANNES,**

Nec

Nec poteras tales tolerare in pectore flamm̄as.  
Ergo aīs; est aliis, longeq; est sanctior ordo,  
Quem dedit, & certa firmavit lege Iohovah  
Coniugium, cuius non Paphius, vel Mater amorum  
Præst, sed Christus cum Patre, & Flamine sancto,  
Qui castè binos iubet una vivere carne,  
Ipseq; coniungit dextras, & fœdera firmat,  
Atq; novis benè coniugibus super omnia dicit.  
Hoc duce non male cædet opus, tu Mater amorum,  
Tuq; Cupido vale, nihil hic tua tela, nec arcus,  
Somniaq; & nugæ, commentaq; vana virorum.  
Mox subeam casti, Christo duce, & auspice Christo  
Iura thori, atq; mihi sociali fœdere jungam  
ANNAM, fœmineo quam de grege diligo solam,  
Quæ mihi sola placet, cuiusq; in amore jugali  
Vivam, vitalis dum munera lucis habeo,  
Nec mea turbabunt inimicæ gaudia parçæ.  
Dixisti, dictisq; fides non abfuit istis.  
Nunc etenim, nunc illa dies effulsit olympo,  
Qua tibi juncta manet dilecta è millibus Anna  
Anna pudicitia nulli & pietate secunda.  
Quæ gaudet tali se jungi ritè marito,  
Quem pietas, quem prisca fides, virtusq; celebrent.  
Quoduce nunc ergo cœpistis, & auspice, eodem  
Pergite, state pares, Christumq; orate frequentes,  
Atque huic, si vobis aliquid forsitan acerbi  
Objiciet, toto confidite pectore soli,  
Nec dubitate aderit promptus, mala cuncta levabit,  
Efficietq; thorum concordi in pace secundum  
Iucundumq; simul, natisque, & amore teracem,  
Hæc, & plura precor, qui vos conjunxit amantes  
Annuat, atque suo mea vota favore secundet.

Johannes Sturmius Cothenus F.




Fc 1249. gr  
f



bitte noch kein  
Sammelbd. vereinigen  
noch Ausleihe  
an: Retro-Ecke  
OL  
Zurück!

VD 17





# FarbKarte #13

B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta


Red

Yellow

Green

Cyan

Blue



celebritas

um

SIMI, HO-  
VVENIS, Dn.  
MI ATQ. INTE-  
is Fovvinckelij, c.  
itoris Dassavien-  
s relieti filij,  
I:

matrimonio

IMAM,  
M Q. FOEMI  
AMPLISSIMI,  
Johannis Messerschmids  
issimi, &c. filiam,  
civis quondam  
ensis relictam  
ponsam,

XV Mens. VIIbris  
DC. VI.

ergo nuncupata ab ijs  
versibus nomen  
tum.

Johannes Schleer.

